













colorchecker CLASSIC



x-rite



卷之三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三


三


三

三


三

三









~~478~~

n° 479

*Table des matières  
contenues dans ce volume*

- 1<sup>o</sup> Ordo processionis quæ fit  
processus lumen in Ecclesia  
ad Sepulchrum post complorium  
Processio celebranda post  
complorium in Bethelem  
ad processum Christi
- 2<sup>o</sup> et nova recuperatio e Sazareth  
Ecclesie pro Thomam aconiaria
- 3<sup>o</sup> Exaltatio redemptoris Templo  
Divi Joannis Baptiste

**PIA, AC FIDELIS ENARRATIO;**

quomodo antiquissimum Diui Ioannis Baptista Templum in Montanis Iudeæ intra Zachariæ ædes extructum, vbi idem Domini Præcursor natus est, post 300, & amplius annos, de manibus Turcarum.

**PER R. P. F. THOMAM A NOVARIA,**

Ordinis Minorum Regularis obseruantie,

Sacri Montis Sion Guardianum re-

demptum fuerit, Die 29. Aprilis

Anno Domini 1621.

**VNA CVM PROCESSIONE CELEBRANDA**

quoque die post Completorium, in Ecclesia san-

cti Ioannis Baptiste, que est in Montanis Iu-

deæ vbi idem præcursor Dñi natus est.

*Ab eodem Reuer. Patre edita.*



ii

**VENETIIS, M DC XXIII.**

*Apud Misericordiam. Superiorum Permissu.*

ANAGIBERIS HISTORIA

et de la mort de l'empereur Maximilien Ier. Il nous  
peut être intéressant de voir que l'empereur Charles V  
lui-même fut également un empereur très puissant et  
domineur. Il fut l'empereur du Saint-Empire romain germanique  
de 1519 à 1558.

ANAGIBERIS HISTORIA

Il fut également l'empereur du Saint-Empire romain germanique  
de 1519 à 1558. Il fut également l'empereur du Saint-Empire romain germanique  
de 1519 à 1558. Il fut également l'empereur du Saint-Empire romain germanique  
de 1519 à 1558.

ANAGIBERIS HISTORIA

Il fut également l'empereur du Saint-Empire romain germanique  
de 1519 à 1558. Il fut également l'empereur du Saint-Empire romain germanique  
de 1519 à 1558. Il fut également l'empereur du Saint-Empire romain germanique  
de 1519 à 1558.



ANAGIBERIS HISTORIA

Il fut également l'empereur du Saint-Empire romain germanique  
de 1519 à 1558.

Illusterrimo Domino ,  
**DOMINO PETRO STROZA.**

FRATER THOMAS A' NAVARIA  
 Ordinis Minorum de obseruantia Theologus ,  
 Sacri Montis Sion Guardianus ,

*Ac linguarum Orientalium Magister , salutem ,  
 plurimamq; felicitatem .*



Vm vafta Orientis ſpatia decen-  
 nali ſudore percurrifsem,inclytis  
 Aegypti peragratis Vrbibus ;  
 Thebaidis, Nitrięque viſis San-  
 ctorum Patrum Cellulis ; Maris  
 rubri mirabilibus ad profunda  
 vſque perspectis; foelicis Arabiæ  
 littoribus, Desertisq; vltro pene-  
 tratis; aspera , & inuia filiorum  
 Iſrael itinera sequens, Sanctis Si-  
 nai,& Oreb Montibus, vbi Dei admiranda viſio facta eſt,  
 peruagatis: Inde quoque Idumæa, Iudæa, Samaria atque  
 Galilæa, alijsque Terræ Sanctæ locis , vbi Redemptionis  
 noſtræ Mysteria celebrata ſunt iterum,atque iterum inui-  
 ſis; Phœniciae insuper oris, Libani iugis, Celeſiriae, Syriæq;  
 finibus circumcursis; Poſtremò Sedis Apostolicæ auſtori-  
 tate, Arabiæ defertæ, Aſſyriæ inter duo flumina, vtriusque  
 Armeniæ, ac Mesopotamiae Chaldæorum vaſtis regioni-  
 bus ad altissima vſque Montium cacumina , vbi ceſſante  
 diluvio , Arca quieuit Noe, perlustratis ; maximo ſemper  
 cum vitæ diſcrimine inter Turcas, Arabes, Mauros, Me-  
 dos, Persasque conuerſatus , Sanctam tandem Ieroſolymo-  
 morum vrbem , alio ſub oneris iugo tertio repetens ; inter

omnes retrò labores, quos pro Christi amore libenter suscepī, duriorem nullum, nullumq; difficiorem hoc ipso inueni, quem pro recuperatione celeberrimi Templi ad Incunabula Sanctissimi Præcursoris Domini in Montanis Iudeæ extructi, animo semper pertuli indefesso; nec à Sancto proposito vñquam destiti, quin sanctæ huius Domus parta victoria, Christianæ gloriæ triumphus, & exultationis iubilus, audiretur ubiq;. Nam cum hæc inter Terræ Sanctæ gemmas, vna pretiosissima diu conquisita, de luto nitens, micansque de animalium stercore, iterum Deo dicanda, suoque Præcursori dignè consecranda traheretur: tanta tunc lætitia exultatio, & incredibilis gaudij magnitudo in corde eorum, qui audierant exorta est, vt iterum puer ille, qui plusquam Propheta testatur, in eisdem Iudæorum Montanis, in suis ædibus natus videtur. Ad quam quidem explicandam lætitiam, & Tulliani Fluvius siccaretur ingenij, & contortæ Demosthenis, vibratæq; sententiae tardius, languidiusq; ferrentur. Quidquid enim potest cogitare animus, quidquid sermo potest explicare illo in tempore factum est, quando sancta Diuina Ioannis Baptiste Ecclesia in nostram iuris possessionem recepta est. Quamobrem cùm dulces hos meos amari laboris fructus, prætiosasq; dulcis animæ comparatas merces, ab Orientali plaga ad Occidentis viq; oras, Deo feruante, in columnis, fospesq; nauigans, perduxisse. Tibi meritò præsentare, offerre, dicareque decreui, cui parem inter mortales beneuelos nullum, nullumq; cui magis debeam inter viuentes benefactores reperi, qui quidem me ad extrema orbis adhuc latitantem apud Beati Petri Sedem, Christiq; Vicarium benigno fauore prosecutus es, qui similiter minoritatis meæ titulum æternæ memoriæ dicare, paruitatisque omen, tui Illustrissimi nominis fulgore, in theatro virtutum affigere non es deditnatus; qui tandem in omni genere, & fauorum, & honorum, &

laborum

laborum meorum, & animo, & opera, & auctoritate semper  
 prestò fuisti. Vnde tua in me amplissima beneficia hic  
 enarrare non audeo, ne dicendo minus faciam, sed tan-  
 tum causam, ob quam mei laboris exiguum hoc memo-  
 riale, in perpetuæ obseruantiaz signum, tibi dicare decre-  
 uerim, innuo. Nam carius nihil, quam quod amoris vin-  
 cule, pariterq; vitæ periculo paritur; Nihilque dignius,  
 quam quod Diuino Encomio, hominumque obsequio extollitur.  
 Ioannis Baptizæ mihi prius vnda eartum dedit  
 nomen, cariusve ipfa Præcursoris protectio, carissimum  
 inquam eiusdem sacratissimæ ædis acquisitio; Florentissi-  
 ma tua Patria similiter dignum hunc semper habere Pa-  
 tronum gloriata est: Tua item Illustrissima Domus in sui  
 splendoris gloria, & semper, dignius hoc ipso nihil inue-  
 nisse testatur. Sed Serenissima Medicæ Corona præclar-  
 issimum Sanctorum lumen Joannem Baptistam, sibi in  
 Celis apud Deum, Protectorem carissimum semper ele-  
 git, ac suæ tuendæ gloriae, dignitatisque conseruandæ in  
 Terris dignissimum apud homines defensorem, conser-  
 uatoremque optimum perpetuò firmauit. Quarnobrem  
 cum nihil à me carius, digniusq; vobis nihil, præsentari  
 posset, & libellum hunc sub tui Illustrissimi nominis, &  
 ipsum locum sanctum sub Serenissimi tui Principis tutela,  
 si qua solet benignitatis gratia, cætera, & hunc suæ libera-  
 litatis favore ad Patronatus ius, suscipere, & amplecti non  
 deditur, offero, dedico, donoque. Vale.

Rome ex Conuentu nostro Sancti Petri Montis Auric Idibus  
 Maii 1623.



Xtat adhuc in Montanis Iudeæ longè ab Ierusalem, quasi quinq; milliaribus, oppidum quoddam olim à Diuo Luce in Euangelio Ciuitas Iudeæ appellatum, hodiè verò à Turcis, Mauris, & Arabibus:

Ain Càrem.i.sons

Vinitoris dicitur, propè Vallem Therebinti suprafrugiferum quendam Collem, in medio montium ad saluberrimū fontem, delectabili circum circa aspectu, inter vineas, oliueta, sicut, rosasq; situm. In quo per celebre, & antiquissimum Sancti Ioannis Baptiſtæ Templum inspicitur, intra Zachariae, & Elisabeth Paren-  
tum aedes, à Christianis magnificè extructum, ubi idem Domini Præ-  
cursor, summa illius Montana pariter, & orbis exultatione: natus  
est. Ad hanc quippe Diuī Dōnum, Diuino grauida fœtu ex sola Nazareth pauperculā & de festinans perrexit Virgo Immaculata. In hac  
ut verius probatur Canticum illud vespertinum, semper in Laudib-  
us dignum, à Dei genitrice spiritu Sancto plena, compositum est. In  
hac eadem Canticum alterum Matutinum, Diuino afflante spiritu à  
muta Zacharia lingua, ingenti omnium stupore editum est, Hanc tri-  
bus mensibus: Dei Mater apud cognatam manens, sua sanctificauit  
presentia: Hanc item per aliquot annos sanctificatus ex utero Ioannes  
apud parentes degens, sua condecorauit mora. Hæc siquidem sancta Domus, & celebris Ecclesia, ab Urbe Ierosolymorum capta usque in  
hodiernum diem derelicta, & ob Christianorum seclera, & flagi-  
tia stabulum omnium iumentorum effecta, per multa annorum cur-  
ricula, proh dolor, plena omni immunditia permanuit. Qua propter  
multi ex Prædecessoribus meis, sanctum hunc conati sunt à Turcis  
obtinere locum, obtentumque purgare, ac sacro cultui prisimo dicare  
sanctuarium, quod quidem ob temporis iniuriam facere minime po-  
tuerunt. Sed anno Domini 1621. à me omnium minimo tanti momen-  
ti res, apud quendam nouum Ierosolymorum Cadū.i. Iudicem iterum  
tentata est non obiter, sed grauissima occasione, à quo cum petitiones  
nostræ, Deo disponente, per ampler audirentur, locum præsumtum in-  
dubitanter, se daturum repromisit. Nam cum ipse inter Turcas vir  
eruditus, potens, ac auctoritate plurimum valens haberetur, aduentu-

7

suo omnem perterrituit Ierosolymam, et tam suos, quam extraneos religionis pretextu statim vexare cepit, sed hoc ipso immanni auaricie lucro, acrius in Christianos saeuens, omnem quam poterat ab eis pecuniam extorquebat, & quæ ipse, ut prædo diripiendo in pecunia rsum cōuertere pro se non valebat, alijs diripienda in bonis eorum tradere non desistebat. Graci enim eam, quam petebat summam dare renuentes, ira incensus, eorum Patriarchæ Monasterium iuxta Santissimi Dñinostr Sepulchrū, extructū, consternatione omnī in Meschitā Mahometanorū transfult, eisdem habitandum dedit. Iacobita similiter, seu Suriani, non habentes unde illi ad sufficientiam soluerent ab eis Ecclesiæ domos abstulit. Armeni etiam ex desperitione Horti, terrore quoque perterriti ne illis peiora, ac duriora, sicut minis intentabat, re deinde crudeliter inferret, consuliò pro redemptione huius, & aliorum conseruatione locorum plusquam decem millia aureos, ut peruulgabatur illi dederunt. Nos verò qui apud eos, plurimum nostrorum fama Principum tenemur, ac Regum potentia, & opibus plus ceteris existimamur, maioribus etiam, & crudelioribus tremens comminabatur malis. Sed piissimus, & misericors Deus, qui, ut Propheta ait, Lupum cum Agno ad suę glorię habitare facit, et si vorax, et si insatiabilis, et si auri fame inexplebilis esset, nihilominus molle, ac blando sermone flexus tantisper ex nummis aureis decem millibus, quos petebat, Tallaris sex millibus, & quingenis contentus fuit, tantum ne nostris ob pecunia sitim, ea mala inferret, quæ iam alijs intulerat Christianorum locis. Hinc satisfactus, totusque pacatus, studium operamq; suam sineulla exceptione in nostram pollicebatur utilitatem: Occasione ergo, qua tantarum pecuniarum summa pro sanctorum locorum conseruatione illi soluenda erat, Deo inspirante, prefatam D. Ioannis Baptiste Ecclesiam in Iudea Montanis extructam, ab eo singulari humilitate, & pia supplicatione contendit: Grauissimum, & ipsis peccatum fore monstrans, si præclarissimi Prophetæ Domus continuo stabulum fieret iumentorum, cuius postulationis æquitatem agnoscens Cadis, liberè iuxta expositam supplicationem locum Sanctum se daturum spopondit. Quare ad se vocatis Sangiach, Mosti, ceterisque Ierusalem Primioribus,

de hac re cum eis maturè agens, diem tandem statuit, in qua tūm ad  
 videndum locum, cùm ad dandam sententiam exiret, quæ 29. Aprilis  
 eiusdem anni fuit, cuius manè consurgens Cadì, maxima nobilium, se-  
 niorum, Militumq; Comitatus caterua, Montana conscendit, locum  
 sanctum adiijt, vñisq; omnibus ad fontem Diui Ioannis diuertens sub  
 oliuarum vmbra inter rosas, sub stratis tapetis usque ad refectionis  
 horam quieuit, cibo autem sumpto, me per quemdam ad se vocari ius-  
 fit. Erat enim ibi cum P. F. Ambroſio de Polla Terra Sanctæ Vi-  
 cario, & P. F. Michaele Militensi Conuentus Procuratore, ac And-  
 rea Leone Interpretate, ac de muliis ad rem, pro qua venerant speſtan-  
 tibus, inter ſe colloquentes, poſtemq; ipſe Cadì conclusione accepta  
 fieri adiudicauit, quod petebamus, dicens, quia hoc reuerā, nec contra  
 legem nostram, nec in detrimentum Mahometanorum, immò, & in  
 honorem tanti Prophetæ reperimus eſe, ideò præſentem locum vo-  
 bis concedimus, reſtrumq; in poſterum eſe decernimus, & utiſum  
 iuxta antiquam formam restaurare poſſitis, facultatem imperiū  
 concedentes inſuper, vt in eo tres fratres ex uestris cum ſolitis Inter-  
 pretibus continuo valeant habitate, Diuina Officia, Miſſasque iuxta  
 Christianorum morem celebrantes, cum hoc tamen, vt rice huius in  
 communem oppidi uſum, de alio prouideatis ſtabulo. Quod quidem  
 cum libenter promiſſam à Notario ſtatim ſententia ſubrogata eſt,  
 & omnium chyrographo ſubſignata, ac tandem ſigillo munita fuſt.  
 Hac igitur felici, & memorabili die, ſancta Diui Ioannis Baptiſtæ Do-  
 mus in noſtram iuris poſſeſſionem ſolemniiter recepta eſt, quæ ſupra  
 trecentos annos ad communem animalium uſum ſub aliena libertate  
 manferat, & ditione, vt ſupra dictum eſt: Illico verò, vt purgaretur:  
 & mundaretur, ac optimis iauis clauderetur, murisque ubi confra-  
 ēta erat repararetur: curauimus; & loco inuenio, ubi Sanctissimi Do-  
 mini Præcursor natus eſt, Altare, magna cum exultatione erexi-  
 mus, lampadibus locum ornauimus, Templum bencdiximus, Diuina per-  
 ſolumus, ac Sacroſanctum Miſſaſacrificium deuotè celebrauimus.  
 Sed non multò poſt humani generis inuidus Hostis contra nos talem,  
 ac tam crudelem persecutionem excitatuit, per aliquos Mauros Afri-  
 canos, quos Magrebin vocant, vt tota penè Ierosolymorum plebs ad

tria millia virorum in necem Guardiani, & pauperum fratrum  
 nanimiter conspirarent, clamates vinat Rex, & moriantur Franci, i  
 Christiani latini, quod quidem miserabiliter euenisset, nisi Domini au  
 xilium, & sui Praecursoris patrocinium miraculosè è Celo nobis ad  
 fuisse. Nam Pater Misericordiarum Deus, qui famulos in se speran  
 tes, meritis Beati Ioannis Baptiste è manibus furentium liberare de  
 creuerat, statim atque hanc plebis seditionem exoriri permisit, illico  
 cor Sangiach, i. Principis Militiae fortiter adeò admouit, quod suæ Co  
 horts partem ad Montana pro Fratrum custodia statim direxit, par  
 temque ad Conuentum Sancti Salvatoris destinauit, ceterosque sec  
 cum ad Salomonis Templum, ubi multitudine conuenerat ad eam fræ  
 nandam, sed andamque postremò duxit, quo peracto, mox tanta in po  
 pulo commotio facta est, ut à multis diebus Ierosolymis numquā vi  
 sa, aut audita fuerit similis, nimirum plebē, Militiamq; inter se fusili  
 bus, gladijs, lapidibusq; fortiter dimicaret, ac de nostra, vel vita, aut  
 morte decentiae viriliter, sed Deo permittente illa tumultuosa Turba  
 leja abiit, diffusa, atq; confusa, que innocentēs non tantū confundere, et  
 disperdere, verū, & mortis aculeo lādere totis viribus conabatur.  
 Nec tamen hic turbandi, perdendiq; sine fecit, qui ab initio homicida,  
 & mortis inuentor extitit, nam noua suæ artis inuentione resumpta,  
 mouaq; ruinæ excitata pugna, fortius quasi Leo rugiens cōtra nos vi  
 res exeruit, quod ideo hic detegere ac adnotare operā prout duxi  
 mus, ut quāta similiter in hoc tā graui, arduoq; negotio prosuis fide  
 libus piis, & Misericors Dominus fecerit, ostendamus, prædicemusq;  
 Post hæc igitur huiusc rei fama, ubiq; diffusa, ubiq; rumore vulgato  
 Damasci tandem Proregi, Cicale quond. filio, innotuit quorum d. dicē  
 tum, Francos Ierosolymis commorātes D. Ioannis Baptista Templū  
 in Iudea Montanis extructū, à novo Ierosolymorum Cadi multasum  
 ma obtinuisse, ibiq; magni valoris Thesaurū in defossis sepulchris in  
 uenisse, & id namq; quali astutia dolo, mendacij Pater, rem non verā  
 per malorum hominū ora ubiq; personare, & circumferre studuerat,  
 tali etiā malitia liuore, tamquā verā, multi suadere, ac prædicare ad  
 nostram ruinā nō desistebat, quare prefatus Vīsīr, siue Damasci Pro  
 rex suę militię magno assumpto comitatu extra Ciuitatem Damase-

norum

40

norum ponens Tentoria, Ierosolymam versus, sacra illa tanum auri  
fame permotus, suas dirigebat acies. Sed piissimus Deus, qui Agnos à  
Luporum rabie dudum incolumes seruare dignatus fuerat, à Leone fe-  
rocissimo inermes oves iterum liberare, sua protegēte gratia similiter  
non est designatus. Potuit inquam, ac voluit, misericorditerque tandem  
fecit. Nam per horam nondum quieuerat ibi Prorex, res sanè admira-  
tione digna, ecce Cursores Regij, litteras sui Domini, illi deferunt,  
quibus suo priuabatur officio, & illuc Cōstantinopolim, Regiam coge-  
batur adire presentiam. Quare excedens Dulibantum in terram  
proiecit, & iteratis vicibus in hęc verba prorupit, ia Alla, ia Alla,  
quasi diceret, o Deus quare me impedit, cur me vterius progrexi non  
sinis? Ut quid horum aduentū ad tres, vel quatuor non distulisti dies?  
Ut que contra Christianos cogitarā, explorare possem. Quamobrem hac  
eadem hora, de eo, quod accidit, admirans; Damascum reuersus est, ac  
sic cuncta Diaboli arma, & eius mille nocēdi artes, unico Divinę pie-  
tatis nutu dissoluta sunt omnia. Laus igitur Deo, seculorum Regi, qui  
nos de tantis periculis, ac malis, dextera suę potentia liberavit, ac Sa-  
crosanctum sui Precursoris locum diebus istis obtinendi gratia con-  
cessit, obtentumq; in præsentem usque diem colendi, conseruandique  
facultatem largitur. Hac igitur de causa hęc iam dicta, fideliterque  
enarrata, posterorum memoria tradere dignum duximus, vt & ipse  
conseruare discant, quae in tot aduersis nos acquirere non timuimus,  
& ea colere omni dilectione studeant, quae tanta cum devotione, & vi-  
ta discrimine obtinere non dubitauimus, vt ille Baptista, qui ubique  
per orbem laetitia inenarrabili honoratur, ubi natus est, sempiternis  
laudibus celebretur, magnificetur, & laudetur semper. Amen.

In hoc sancto loco tria Altaria erigi curauimus, vt in  
Processionario sequenti, adnotatum quis videre poterit.



# PROCESSIO

Celebranda quoq; die post completorium in  
Ecclesia S.Io:Baptistæ, quæ est in Mon-  
tanis Iudeæ : vbi idem præcursor  
Domini Mundo apparuit.



**Ad Capellam vbi Præcursor Domini natus est :**  
**Hymnus canitur.**



**V**te queant la xis re so na re fi bris  
Mira gestorum famuli tuorum,  
Solute polluti labij reatum,  
Sancte Ioannes.

**N**untius celso veniens olympo,  
Te patri magnum fore nasciturum;  
Nomen, & vitæ seriem gerendæ,

Ordine

Ordine promit.

**V**entrus obstruso recubans cubili,  
Senseras Regem thalamo manentem:  
**H**inc parens nati meritis uterque

Abdita pandit.

**G**loria Patri, genitaeq; Proli,  
Et tibi compar utriusque semper  
Spiritus alme, Deus unus, omni

Tempore saecli. Amen.

Antiphona Beati Ioannis Baptistæ.

Alternatum cantanda.

Hic Elisabeth Zachariæ magnum Iohannem genuit.

Hic præcursor Domini mudo appa ruit. Hic natus

est ille, qui plus quam Propheta est. Hic est enim

de quo Saluator locutus est: inter natos mulierum,

non surrexit maior. Io han ne Ba pri sta.

Alle-

Al le lu ia, Al le lu ia, Al le lu ia,

*V.* Fuit homo missus à Deo. Alleluia.

*B.* Cui nomen erat Ioannes. Alleluia. *Oratio.*

**D**eus, qui præsentem locum honorabilem nobis in Beati Ioannis nativitate fecisti, da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

## L I T A N I Æ B E A T Æ

Virginis Lauretanæ.

<b>K</b> yre eleison.	<b>M</b> ater purissima,	ora.
<b>C</b> hriste eleison.	<b>M</b> ater Castissima,	ora.
<b>K</b> yrie eleison.	<b>M</b> ater inuiolata,	ora.
<b>C</b> hriste audi nos.	<b>M</b> ater intemerata,	ora.
<b>C</b> hriste exaudi nos.	<b>M</b> ater amabilis,	ora.
<b>P</b> ater de cœlis Deus, Miserere nobis.	<b>M</b> ater admirabilis,	ora.
<b>F</b> ili redemptor mudi Deus, Miserere nobis.	<b>M</b> ater Creatoris,	ora.
<b>S</b> piritus sancte Deus, Miserere nobis.	<b>M</b> ater Saluatoris,	ora.
<b>S</b> ancta Trinitas vnius Deus, Miserere nobis.	<b>V</b> irgo prudentissima,	ora.
<b>S</b> ancta Maria. Ora pro nobis.	<b>V</b> irgo Veneranda,	ora.
<b>S</b> ancta Dei genitrix, ora.	<b>V</b> irgo Prædicanda,	ora.
<b>S</b> ancta Virgo Virginum, ora pro nobis.	<b>V</b> irgo potens,	ora.
<b>M</b> ater Christi, ora.	<b>V</b> irgo clemens,	ora.
<b>M</b> ater Diuinæ gratiæ, ora.	<b>V</b> irgo fidelis,	ora.
	<b>S</b> peculum iustitiae,	ora.
	<b>S</b> edes sapientiae,	ora.
	<b>C</b> ausa nostræ lætitiae,	ora.
	<b>V</b> as spirituale,	ota.
	<b>V</b> as honorabile,	ora.
	<b>V</b> as insigne deuotionis,	ora.

ota

- R** ora pro nobis.  
**R** osa mystica,  
**T** urris Dauidica,  
**T** urris Eburnea,  
**D** omus Aurea,  
**F** ederis Archa,  
**I** anua Cœli,  
**S**tella matutina,  
**S**alus infirmorum,  
**R** efugium peccatorū,  
**C**onsolatrix afflitorū,  
**A**uxilium Christianorum,  
 ora pro nobis.  
**R** egina Angelorum, ora.  
**R** egina Patriarcharū, ora.  
**V**. Benedic̄ta tu in mulieribus.  
**R**. Et benedictus fructus ventris tui.  
**Tempore Paschali additur** Alleluia. Oremus.  
**F** amulis tuis quæsumus Domine cœlestis gratię munus  
impartire, vt quibus B. Virginis partus extitit salutis  
exordium, Visitationis eius votiva commemoratio pacis  
tribuat incrementum.  
**De Spiritu sancto. Oratio.**  
**D**eus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione  
docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, &  
de eius semper consolatione gaudere.  
**De Angelis. Oratio.**  
**D**eus qui miro ordine Angelorum Ministeria, homi-  
numq; dispensas, concede propitius, vt à quibus tibi  
Ministrantibus in Cœlo semper assilitur, ab his in Terra  
vita nostra muniatur.  
**Pro Magno Ethruriæ Duce. Oratio.**  
**Q** uæsumus omnipotens Deus, vt famulus tuus **N.**  
Dux noster, qui tua miseratione suscepit Princi-  
patus

patus gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratiosus valeat peruenire. Per.

**Pro vnione Christianorum Principum. Oratio.**

**D** Eus qui errata corrigis: & dispersa cōgregas, & congregata conservas: quæsumus super Reges, & Principes Christianos tuæ vnionis gratiam clementer infundas, vt diuisione reiecta, vero Pastori Ecclesiæ tuæ se vnientes, tibi dignè valeant famulari.

**Pro recuperatione Terræ sanctæ. Oratio.**

**D** Eus, qui admirabili prouidentia tua cuncta disponis, te suppliciter exoramus, vt hanc terram quam vnigenitus tuus proprio sanguine consecravit, de manibus inimicorum cunctis eripiatis: & eam in Christiana Religione tuo nomini seruire concedas.

**Pro Peregrinis. Oratio.**

**A** Desto Domine supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, vt inter omnes viæ, & vitæ huius varietates, tuo semper protegantur auxilio.

**Pro familia loci B. Ioannis. Oratio.**

**P** Ræsta quæsumus omnipotens Deus, vt familia tua per viam salutis incedat, & B. Ioannis Präcursoris hortamenta festando, ad eum quem prædicti, secura perueniat, Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum, &c. **Ad Altare S. Zacharie, Antiphona.**

**E**T Zacharias Pater eius repletus est spiritu sancto; & prophetauit dicens: **Benedictus Dominus Deus Israel,** quia visitauit, & fecit redemptionem plebis sue. ¶ **Et tu Puer, Propheta Altissimi vocaberis.** **Be.** **Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.** **Oratio.**

**D** Eus, qui Angelorum ruinas, sanctorum generatio ne semper restauras, concede propitius, vt qui per-

yene-

venerabilem sacerdotem Zachariam filij tui Domini nostri Präcursorum obtinuimus ; eius quoque precibus & meritis æternæ mansionis sedem consequamur . Per eundem Christum Dominum nostrum . Amen .

**Ad Altare Sanctæ Elisabeth, Antiphona.**

**E**lisabeth Zachariæ, magnum virum genuit, Ioantheum Baptistam Präcursorum Domini, qui spiritu sancto repletus est, adhuc ex utero matris suæ .

**V.** Vxor tua Elisabeth pariet tibi filium .

**R.** Et vocabis nomen eius Ioannem .

**O** remus .

**D**eus, qui in præclara Beatæ steriles Elisabeth fecunditate Mundum lœtificasti, præsta quæsumus, ut per quam Cœlestis Regis præconem in terris audiuiimus, eius quoque precibus sempiternæ vite gaudia in Cœlo sentire mereamur . Per eundem Dominum nostrum . Amen . Diuinum auxilium, &c.



